Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



56 SZ.

Et annunciabunt cæli iustitiam eius:
quoniam deus iudex est. Audi populus meus
loquar tibi: et testificabor tibi deus deus
tuus ego sum. Non de sacrificiis tuis ar
guam te: holocausta autem tua in aspec
tu meo sunt semper. Non accipiam de domo
tua vitulos: nec de gregibus tuis hir
cos. Quoniam meus sunt omnes ferae silua
rum: iumenta in montibus et boues. Cog
nouit omnia volatilia cæli: et pulchri
tudo agri mecum est. Si esuriero non dicam
tibi: meus enim est orbis terrae et plen
itudo eius. Numquid manducabo car
nes taurorum: aut sanguinem hircorum
potabo. Immola deo sacrificium lau
dis: et redde altissimo vota tua. Et in
uoca me in die tribulationis: eripiam
te et honorificabis me. Peccatori autem
dixit deus: quare tu enarras iu
stitias meas: et assumis testamentum